UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Quomodo se habeat ad utile, & delectabile.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

uocat autem ibi inhoneſta, membra turpia: hone- F
ſta autem membra pulchra. ergo honeſtum & decorum idem eſſe uidentur.

Respon. Dicendum, quòd ſicut accipi poteſt ex uerbis * Dionyſ. 4. cap. de diui. nomi. ad rationem pulchri, ſiue decori concurrit & claritas, & debita proportio. Dicit. n. quòd Deus dicitur pulcher, ſicut vniuerſorum conſonantiæ, & claritatis cauſa. Vnde pulchritudo corporis in hoc conſiſtit, quòd homo habeat membra corporis bene proportionata cum quadam debiti coloris claritate. Et ſimiliter pulchritudo ſpiritualis in hoc conſiſtit, quòd conuerſatio hominis, ſiue actio eius ſit bene proportionata ſecundum ſpiritualem rationis claritatem. Hoc autẽ pertinet ad rõnem honeſti, quod * diximus idem eſſe uirtuti, quæ ſecundum rationẽ moderatur omnes res humanas. Et ideo honeſtũ eſt idem ſpirituali decori. Vnde * Aug. dicit in lib. 83. q. Honeſtum voco intelligibilem pulchritudinem, quam ſpiritualẽ nos proprie dicimus. Et poſtea ſubdit, quòd multa ſunt pulchra uiſibilia, quæ minus propriè honeſta appellantur. G

cap. 4. par. 1. circa med. illius.

art. præced.

li. 83. quæſt. q. 30. parũ a princ. to. 4

Ad primvm ergo dicendum, ꝙ obiectum mouens appetitum eſt bonũ apprehenſum: quod aũt in ipſa apprehenſione apparet decorũ, accipitur ut cõueniẽs, & bonũ. & ideo dicit * Dion. 4. c. de diui. nomi. ꝙ omnibus eſt pulchrum & bonũ amabile. Vnde & ipſum honeſtũ ſm quod habet ſpiritualem decorem, appetibile redditur. Vnde & * Tullius dicit in 1. de offic. Formam ipſam & tanquàm faciem honeſti vides, quæ ſi oculis cerneretur, mirabiles amores, ut ait Plato, excitaret ſapientiæ. H

cap. 4. part. 1. ante med. & part. 4. circa princ.

** lib. 1. immediate ante c. in quo agit de 4. uirtutib. principalibus.*

Ad II. dicẽdum, quòd ſicut † ſupra dictum eſt, gloria eſt effectus honoris. Ex hoc enim quòd aliqs honoratur, uel laudatur, redditur clarus in oculis aliorum: & ideo ſicut idem eſt honorificum & glorioſum, ita etiã idem eſt honeſtum, & decorũ.

q. 103. art. 1. ad 3.

Ad III. dicendum, ꝙ obiectio illa procedit de pulchritudine corporali. Quamuis poſſit dici ꝙ ẽt pp pulchritudinem ſpiritualẽ aliquis ſpiritualiter fornicatur, inquantum de ipſa honeſtate ſuperbit, ſm illud Ezech. 28. Eleuatum eſt cor tuum in decore tuo: Perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo. I

Articvlvs III.

Vtrum honeſtum differat ab utili, & delectabili.

1. q. 5. art. 6

Ad tertivm ſic proceditur. Vr̃ quòd honeſtũ non differat ab utili, & delectabili. Dr̃. n. honeſtũ, quod propter ſe appetitur: ſed delectatio propter ſe appetitur. Ridiculum. n. vr̃ quærere propter quid aliquis uelit delectari, ut * Philoſophus dicit in 10. Eth. ergo honeſtum non differt a delectabili.

lib. 10. cap. 2. tom. 5.

¶ 2 Præt. Diuitiæ ſub bono utili continentur. dicit. n. * Tullius in 2. Rhetor. Eſt aliquid nõ propter ſuam uim & naturam, ſed propter fructũ & utilitatem appetendum, quod pecunia eſt: ſed diuitiæ habent rationem honeſtatis. dicitur. n. Eccleſ. 11. Paupertas & honeſtas, ideſt, diuitiæ a Deo ſunt. & 13. c. Pondus ſuper ſe tollit qui honeſtiori, ideſt, ditiori ſe communicat. ergo honeſtum nõ differt ab utili. K

lib. 2. de inuent. in fol. 4. ante finẽ lib.

¶ 3 Præt. * Tullius probat in lib. de offic. quòd nihil poteſt eſſe utile, quod non ſit honeſtum: & hoc idem habetur per * Ambroſ. in lib. de offic. ergo utile non differt ab honeſto.

lib. 2. de offic. c. 2.

** Ambr. lib. 2. c. 6. tom. 1.*

Sed contra eſt, quod † Augu. dicit in lib. 83. q. Honeſtũ dr̃, quod propter ſeipſum appetendũ eſt: utile autem quod ad aliquid aliud referendum eſt.

li. 83. quæſt. q. 30. circa princ. tom. 4

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN